


Iоаннѣи Іудѣи дѣсѣхъ. I ннѣхъ.
Иисусу. Оумѣндоу.

Purgatorij
de tractat.
Vincentius
de interiori
homine.

Manuscript of
some manuscripts
entre 1508 et 1520



R. P. D. MER


CVRII VIPERAE BENE

uētani Sacri Palatij Apostolici cau

sarum Auditoris de Diuino &

Vero numine Apologe

ticon. Secundū.



901520

Op. XVII

a 83

(1)



227155 / 1

Leaf 48. fol 1683

R. P. D. Mercurij Viperæ Sacri Palacij Apostolici causarum
Auditoris/de diuino & v̄o Numine Apologeticō Secūdū.

ET si superiori Apologetico Priscorum Philosopharū
tū mortalium inanes deorum eorum religionēs ac falsas
esse ostenderim, angustęq; p̄strinxerim, q̄ his quorū
diuersos dissimilesq; ritus/vniuersus terrarū orbis/
omnium assensus puerfa inscięq; p̄suasione suscepit: mor-
talesq; extiterint e vita fūcti naturali necessitate concesserūt.
Quippe cū pręcipuū animal in terra homines sumus, quāq;
plęriq; se verę religionis incuria/ac disciplinę, ita omnib;
erroribus ac piacularibus deprauauerint, & prope exosa mā
suetudine generis sui immane efferarint, ut conspici liqueat
nullum animal homine inferius. Igitur mortales rōne plau-
dentes ac pollentes immortalibus animis, moribusq; optimis
imbutis, ut diuinus illē Plato cōlesti prudentia pręditus si-
milis disserens deo immortalī ac creberrime edocuit. Hunc
solum maiestatis incredibili quadam magnitudine & ineffa-
bili/nō posse humani sermonis penuria quauis oratione vel
modice cōpręhendi/vix sapientibus viris, cū se vigore hu-
iusce Dei Opt. Max. id quoq; interdum vel in arctissimis te-
nebris rapidissimo fulgore lumē cādīdū intermicare, Quip-
pe idem Plato omnium naturam, moresq; inspiciens aduer-
tit in omni institutione infundendū animis religionis ac ius-
titię dilectionem, sine qua non solum Respub. sed nec exi-
guus hominū cōtus/nec parua quidem domus subsistet, ad
hunc iusticię ac religionis affectū mentibus incedēdū nihil
ęque patrocīnatū conspexit, q̄ si fructus eius nō videret/cū
vita hominis terminari hūc v̄o superstitem post hominē du-
rari. q̄ nequiuerat si prius de religiōe dei immortalis imbutus
esset. Sane cū sola dei Opt. Max. v̄a religiō ē, quę immortalē
beatūq; facit/nullaq; alia via quisq; hoc nomē adipiscit. Vn-
de qui existimant nullis nisi illis qui Christianę religionis
verę Philosophię amplectātibus inesse veras v̄tutes, & nul-
los p̄ter hos beatos esse ostendunt/agnitioē enim rerum di-

uinarum, verāq; sapientiam proprie affectantes, eos tantum
mō sapientes esse percensendum est, q; supna acie mētis scru
tant, & querenda solerti dīlīgētia cōplectantur, & quātum
viuendi p̄spicuitas pręstat imitantur. In hoc equidē solo vīr
tutū exercitatio inesse quarū sic officia eorū prudentia dispē
fant ut labilem hunc orbem, & omnia quæ in eo insunt diuī
norum contemplatione despiciere, omnemq; animi cognitio
nē in sola diuinitate dirigere. Cū solus ipse deus Opt. Max.
ex merito solus ipse in se est, & circa se totus est, plenusq; at
q; p̄fectus/isq; firma sua stabilitas est, ne alicuius impulsu/
nec loco moueri potest, ut Mercurius Termāximus dīsseru
it. Hinc in Orphicis deum verū, inquit, & magnū, quem pri
mogenitum appellat, q; ante ipsum nihil sit genitum/sed ab
eo cūcta producta, parentem ac omnium illuminatorem/ip
sum deniq; omnium deorū esse parentem/eorūq; ethera cau
sa condiderit, posterisq; prospexerit, ut sedem cōmunem ha
berent, incorruptibilemq; domū immortalibus condidit/ubi
sempiterno æuo fruerentur, ibiq; vera & plena fœlicitas, nul
lusq; morit, ubi Sol summæ iustitiæ solos protegit probos/
inde fidei pignus suscepiimus, q̄diu in hoc corporis ergastu
lo peregrinantes eius pulchritudini suspiramus. Quippe de
us ipse immortalis dator & autor summæ & verę fœlicitatis.
quia solus est uerus deus, qui imperia, regnaq; probis/& ma
lis impartitur, neq; hoc temere, & quasi fortuitu. quia deus ē
non fortuna/sed pro rerum ordine ac tpe nobis occluso, sibi
iam notissimo/cui tamē ordini temporū nō subditus seruit,
Sed cum ipse tanq; dominus regit, moderatorq; disponit, fœ
licitatem vero probis prębet, quæ tamē fulgentissima in ea
erit vita/ubi omnes summa libertate fruerēt/nulliq; inferui
ent. Itaq; hæsitandū aut censui natura/immo certe diuinitus
mortalibus esse insitum, nō solū utiq; quid atq; conducibile
de nomīe significari, verum etiā omnīū autorem, creatorēq;
nunc sic nūcupari, & verbo quidē ita omnes natura duce cō
uenere/re autē mortalia pro opifice coluere paucissimis ad

modum exceptis, quia rebus visibilibus ad intelligibilia mentis oculos persancte reuoluentes non mortali cuiquam, sed ipsi rerum omnium largitori auditorique summi dei appellatione prae buere, alij omnes tenebris animi inuoluti, ad impietatem tantam deuenere, ut brutorum more honestum ac pernecessarium bonorumque omnium extremum corporis voluptate percenserent, eaque ratione eos qui ad inuenere voluptatem vel auxere, impios mortales maledicosque viros quasi bonorum omnium largitores in deos coluere, pia huius nominis notionem ex natura insitam ad eos transferentes, quos artium rerumque inuentores existimabant, ut stulta eorum mens/insanaque vnde hoc impietatis crimen incurrere arbitrarentur, nec erubescerent diuinis honoribus improbos mortales/prepotentesque ob imperia regnaque tunc primum euecta, colere atque admirari, cum iam mores mortaliu probis legibus coerciti non essent, nec delinquentibus supplicia imminerent, nefandi incestus/matrimonium adulterium maculata/pudicitiam maribus erepta/parricidia/homicidiaque/confecta scelere bella quasi res pulcherrime gestas dijs eorum prebere conabantur, studebantque posteris memoriam relinquere: cum mortales fuissent, Hinc Cicero, Suscepit autem inquit/vita hominum/consuetudoque communis ut beneficijs excellentes viros in coelum fama ac voluptate tolleretur. Hinc Hercules/hinc Castor, hinc Pollux/hinc Liber/hinc Aesculapius/ut gratiam referre benemeritis viderentur, prognatosque eorum allicerent ad bene imperandi cupiditatem, ea ratione Mauri suos reges consecrarunt/Macedones Cambirum: Latini Numam, Poeni Vranum, Delphos Apollinem, Paphos Venerem/Sabini Xanthum, Naxos Liberum, Samos Iunonem: Lenos Vulcanum. Romani Caesares, ut impias etiam eis hostias humanas immolarent. Hinc Latialis Iuppiter sanguine humano colebatur a priscis Latinis, Celte Esom atque Teutantem humano cruore placabant. Tauri Dianae hospites offerebant Sic Cyprus Ioui, quod Adriano imperante deletum extitit. quod nec acerrimi hostes pergisset, quamvis iratissimi cum aliquid

penſi aut ſancti in his aut eſſe potuiſſet: inter aras deorū tot
patricidia, ſcleraq; patrarētur, mortaliūq; ſimulachra colē-
tes/nec mēte indagantes, animiq; officiū exercentes, quę aci-
es corporalis intueri nō pōt ea ſolertius cernere quiuere, Eū-
uero ſi quis animo mēteq; cōcipiat ſummi Dei archanū q̄ fe-
cit oīa, & ſi hūano ſenſu haud cōpræhendi liquet/certe nihil
inter mortales & deū differt, ſi maiestatis æternæ mentē hūa-
na fragilitas aſſequeret̃, quod cū haud fieri licuit, ut huma-
no ingenio diuina ratio cōpræhenderet̃, oculos mētis huma-
næ deterſit, & notionē veri numinis oſtēdit/Chriſtū deū ve-
rū in mundū dimiſit, ipſūq; errantē, ac vagantē viā veritatis
ad conſequendā immortalitatis oſtendit, cui gratiæ immortales
agēdæ, nō Ioui, nec Iunoni/cæteriſq; priſcorū inanibus dijs
ut Balbus apud Varonē diſſerebat, per excelsam Chriſti hu-
militatē/Apoſtolorūq; & Martyrū fidem pro ueritate mori-
entium, & cum ueritate degentiū/non ſolū in religioſis men-
tibus, verūem̄ uero etiā in ædibus ſuperſtitioſis libera ſuorū
ſeruitute ſubuertit: Siquidē eius ſolius arbitrio mundū regi
neceſſe eſt/nō ſelectorū certorumue, ſeu incertorū, ut Mar-
cus Varro adſtruit. Quippe niſi ſingularium partium pote-
ſtas ad vnā prouidentiā referatur, non poterit ſumma ip̄a
conſtare. Hinc Cœlius qua in re. inquit, quoniā in ſenſu de-
ficimus & uerbis, quia neq; tantā intelligentiæ lucem pectus
humanū, neq; exponendarū rerum capit lingua mortalis, id
ipſum intelligere nos oportet, ac dicere. Dicere aut̄ malorū
arbitrio regi mundū, tale eſt ſi quis affirmat/in vno corpore
multas mentes eſſe, quoniā multa & varia ſunt miſteria mē-
brorū ut ſingulos corporis ſenſus, ſingulæ mētes regere cre-
dantur. Idē multi effectus quibus cōmoueri ſolemus, vel ad
iram: vel ad cupiditatem, vel ad letitiam, vel ad metum, vel ad
miſerationē, ut in his omnibus totidem mentes putātur ope-
rari. Deus inquit, quia eſt æterna mens ex omni utiq; parte
perfecte conſumateq; virtus eſt, quod ſi verum eſt, unus ſit
neceſſe eſt. Potestas em̄ vel virtus absolute retinet ſuā pro-

priam firmitatē. id autē existimandū est solidum, cui nihil de-
cedere, id pfectum cui nihil possit accedere. Deniq; quæ ista
relligionū stulta insciāq; obseruatio, ac quidem deliratio ut
turpissimis nominibus ipsorū deorū nomē contēpletur/cō-
secreturq;. Quis equidē risum tenere queat? cū deā Cuninā
quæ infantes tuetur, ac fascina submouet. Quis cum Mutā
deam nominare p̄censerit, hāc esse dicūt, ex qua sint orti La-
res, & ipsam Larā vel Larundā nominant. Quid p̄stare colē-
ti potest? quæ loqui nō p̄t. Colebatur & Cæca, quæ Herculi
fecit indiciū de bouū furto diuinitatē consequuta quia fra-
trem p̄didit. Pallorem et timorē etiā cōsecrarūt. Quis nō irri-
deat eos? qui Fornacē deam posuere, vel potius doctos vi-
ros celebrādis fornacibus operari. Et Stercutū, q̄ stercoran-
di rationē primus induxit, quid q̄ lapidē colant informē at-
q; rudem/cui nomen erat Terminus, & Tutinū/in cuius si-
nu sedendo nubentes perfident/ut illarū pudicitiam prior
deus delibasse videatur, & ne aliquid portentis monstruosiq;
deesset/de Triptolemo multa etiam portēta edixere/qui iu-
bēte Cerere anguibus delatus alitibus indigētibus terris, fru-
mēta volitādo contulerit. Aequē de Centauris, q̄ hominum
equorūq; natura fuerint coniuncti, de Cerbero q̄ sit triplex
inferorum canis, de Anthæo quem necauit Hercules, qui e
terra genitus fuerat, vel Danaes per hymbrem aureū appe-
tisse cōcubitū, ex quo percipitur, pudicitia mulieris auro fu-
isse corrupta, de Bellerophōte q̄ eq̄ pennis volāte sit vectus,
de Oedipo qui monstrū quoddā, q̄d Spynx dicebat, huma-
na facie, quadrupes, soluta quæ ab illo proponi solebāt, inso-
lubili questione suo p̄cipitio perire compulerit, de Minotau-
ro q̄ bellua fuerit labyrintho interclusa, q̄ mortales ibi eun-
tes errore inextricabili inde abire haud valerent, de Dedalo,
et Icaro ei⁹ filio, q̄ sibi coaptatis p̄nis sup̄uolauerit, de Am-
phiōe q̄ cytharę suauitate lapides mulserit, et attraxerit. Hęc
Varro qui & Circem illam famosissimā magam quæ Vlyss-
is socios in belluas cōmutauit, & Archades qui forte in sta-

gnum pernatabant/in luposq; inde conuersos, & mille equi
dem alia portenta ut iam vaniores, qui colenda suscepserint
quā Aegyptios fuisse dicamus, qui monstrosa quēdā simu
lachra, ac ridicula colebant/& venerabantur. Hinc Hermes
Trimegistus in eos inuehēs statuas o Aesclepi vides ne btūs
tu ipse diffidas statuas animatas sensu & spiritu plenas tāta
& talia facientes/statuas futurorū præsicias, easq; forte vates
omnes somnijs multisq; alijs rebus p̄dicentes, imbecillitates
hominibus facientes, easq; curātes, tristitiāq; promeritis, an
ignoras o Aesclepi: q; Aegyptus imago sit cœli/aut quod ve
rius translatio & descensio hominū quæ gubernant, atq; ex
ercentur in cœlo, & si dicendū est, terra nostra verius totius
mūdi est templū, & tantum quoniā præsциre cūcta prudētes
debet, istud nos ignorare fas non est cū appareat Aegyptios
in casum pia mente diuinitatē sedula religione seruasse/&
omnis eorū sancta veneratio in irritū casura frustrabitur/e
terris em̄ ad cœlum ē recursura diuinitas, linquetur Aegyp
tus terra, quæ fuit diuinitatis sedes religione viduata numi
num p̄sentia destituetur/alienigenis em̄ regionē istam terrā
q; cōplentibus nō solum neglectus religione, sed quod est
durius, quasi de legibus a religione/pietate/cultuq; diuino
statuetur proscripta/plena prohibitio erit tunc terra ista san
ctissima sedes delubrorū, atq; templorū/sepulchrorū etiam
mortuorūq; plenissima. O Aegypte Aegypte religionū tua
rum solæ supererūt fabulæ/ & que incredibilis posteris suis,
solæq; supererunt verba lapidibus incisa tua pia facta narrā
tibus, et inhabitabit Aegyptum Syrus, aut Indus, aut aliquis
talis/diuinitas em̄ repetet cœlum, deserti homines toti mori
entur, atq; ita Aegyptus deo & homine viduata deferet. Te
vero appello sanctissimū flumen, tibiq; futura prædico tor
renti sanguine plenas ad ripas usq; erumpens, undæq; diuī
næ non solum perluētur sanguine, sed totæ erūpentur, & vi
uis, multo maior erit numerus sepulcorum, sup̄stes vero qui
erit lingua sola cognoscetur. Aegyptijs actibus vero videbi

tur alienus. Quid fles o Aschlepi? & his amplius m̃to q̃ dete-
rius ipsa Aegyptus sua debita imbuensq̃ maioribus malis/
quæ sancta quondam & diuinitatis amantissima deorum in
terra relligiōis suę sola seductio. sanctitatis & impietatis ma-
gistra erit/maxime crudelitatis exemplum, & tunc tædio ho-
minum non adiuuandus videbitur mūdus/necq̃ adorandus,
hoc totū bonū quā melius nec est/nec fuit/nec erit/quod vi-
deri possit periclitabitur, erit tædiū omnibus, ac per hoc cō-
tendetur nec diligetur. totus hic mundus dei opus, inquiens
gloriosa constructio bonum multiformi imaginū varietate
compositum, machina voluntatis dei in suo opere sine inui-
dia suffraganti somnium in unumq̃ venerari, laudari/amari
deniq̃ a videntibus possunt multiformis adunata cōgestio/
nam & tenebrę proponentur lumini/& mors vita melior iu-
dicabitur/nemo suspiciat cœlū, relligiosus pro infano/irrel-
ligiosus putabitur prudens/furiosus fortis/pro bono habe-
bitur pessimus, anima em̃ & omnia circū eā, quibus aut mor-
talis nata est/aut immortalitatē se consecuturam esse præsu-
mit/secundū q̃ uobis exposui, nō solū risus sed etiā putabit̃
vanitas/sed mihi credite etiā periculū capitale constituetur ī
eum /qui se mentis relligioni dederit/noua constituentur iu-
ra/lex noua, nihil sanctum/nihil relligiosum:nec cœlo/nec
cœlestibus dignū audietur, aut mente credetur. Fiet deorum
ab hominibus secessio dolenda/solī innocentes angeli rema-
nent/qui humanitati cōmixti ad omnia audaciæ mala mise-
ros manu infecta compellent ad bella/in rapinas/in fraudes
& in omnia quæ sunt animarū naturę contraria. Tunc nec
terra constabit, nec nauigabitur mare, nec cœlū astrorū cur-
sibus, nec syderum cursus constabit/in cœlo omnis vox di-
uina necessaria taciturnitate mutescet, fructus terrę corrup-
pentur, nec fœcūda erit tellus/& aer ipse mœsto corpore lā-
guescet. Hæc & talis senectus veniet, mundi irrelligio/& in-
ordinatio/& irrationabilitas bonorū hominū/cum hæc cun-
cta contigerint o Aschlepi tunc ille dominus/& pater/deus

B

primipotens/ & unus gubernator mūdi intuens in mores fa-
ctaꝝ voluntaria voluntate sua : quæ est dei benignitas, vitijs
resistens, & corruptelæ oīum errantē reuocans/ malignitatē
omnē vel alluuione diluēs, vel igne consumēs, vel morbis pe-
stilentibus ubiqꝫ per diuersa loca dispersis finiēs/ ad antiquā
faciē mundū reuocabit, ut & mundus ipse adorādus videatꝫ/
& mirādus/ & tantī operis effector, & restitutor deus/ ab om-
nibus qui tūc erūt frequentibus laudū ꝑconijs, benedictioni-
busqꝫ celebretꝫ, Hac em̄ mūdi genitura cunctarū reformatis
rerū bonarū, & natura ipsius sanctissima & relligiosissima
restitutio peracto temporis cursu, quæ est & fuit sine initio/
sempiterna voluntas etem̄ dei caret initio, quæ eadem est, &
ubiqꝫ est sempiterna. Hermes siquidē Aegyptij brutis diui-
nos honores ꝑbebāt Cocodrillū, bouē/ canes/ lupos, felem,
aquilā/ & cætera huiusce portēta venerabantꝫ, colebātqꝫ, Osi-
rim/ Anubim/ Apim/ quæ oīa istius gentis nugatoriæ super-
stitionis orbē obruerunt, Hinc nemo hæsitare ꝑt, hominum
esse hos deos excogitationes, & confictas mortaliū fabulas/
īmo uero improborꝫ ac scelestorꝫ artificia, qꝫbus cupiditates
suas assequi possēt/ plane Phœnices atqꝫ Aegyptij, quos cæ-
teri sunt imitati/ siqui vitā aliqua re inuēta excoluere, eos tā-
qꝫ beneficos, cōmunesqꝫ dominos putātes, & q̄si immortales
deos venerabantꝫ, qꝫbus delubra/ ac simulachra/ statuasqꝫ &
tēpla quoqꝫ statuētes, naturalīū deorꝫ nomina imponebant.
Naturales autē deos/ solē ac lunā/ cēterasqꝫ tā erraticas, quam
nō erraticas stellas & elementa una cū istis putabāt, ita deos
alios mortales alios īmortales disserebant, quo nil turpius
excogitari possit nisi christi dei Opt. Max. diuina institutio
effulsisset, qua solis et lunæ tociusqꝫ mundi creatorē decenti
fide colere: nec elemēta corporꝫ, nec visibilia quidē, sed eum
qui ꝑ hæc inuisibiliter cognoscitur, intellectū gignentē, qui
per oīa penetrās cū sit incorporealis, īmouero ineffabilis/ et ī-
comꝑhensibilis est, panditꝫ aut atqꝫ ꝑspicitur, ꝑ ea quæ facit,
quæ producit/ gubernat/ cōseruat/ omnibus inuisibiliter as-
sistens nō cœlestibus solū verū etiā terrestribus magnificen-

tiā operū suorū præostendens/quæ illi deos putarunt. Hinc
Septimius, Videte igitur, inquit/ne illi regna dispēset, cuius ē
& orbis qui regnat/et homo ipse q̄ regnat, ne illi vices domi-
nationū ipsīs ī secula ordinauerit/qui ante oē tēpus fuit, et se-
culū corpus tēporis fecit, nec illi ciuitates extollat aut depri-
mat sub quo fuit aliquā sine ciuitatibus genus hominū. Quid
erratis, inquit, prior est quibusdam dijs suis syluestris Ro-
ma ante regnauit, q̄ tātus ambitus Capitoli extrueretur, re-
gnauerūt et Babylonij ante Pōtifices, et Medi ante quinde-
cim viros, et Aegyptij ante Salios, et Assyrij ante Lupercos,
et Amazones ante virgines Vestales. Postremo, inquit, si Ro-
manæ religionis regna p̄stāt, nunq̄ retro Iudæa regnasset
despectrix cōmunium istarū diuinitatum, cuius et deū victi-
mis/et templū donis, et gentē foederibus aliquādiu Romani
honorastis. nunquā dominatum eius si deo nō deliquisset,
et ultimo in christo, hæc ille. Hinc p̄clare Aristoteles Si essēt
inquit, qui sub terra sp̄ habitauissēt bonis et illustribus domi-
cilijs, quę essent ornata signis, atq̄ picturis, instructaq̄ reb⁹
his omnibus quibus abūdant, beati putant̄, nec tamē exissēt
unquā supra terrā, accōpissēt aut fama/et auditiōe esse q̄d
dam numē. deinde aliquo tpe patefactis terræ faucibus ex il-
lis abditis sedibus euadere ī hæc loca, quæ nos incolim⁹, atq̄
exire potuissēt cū repente terrā, et maria, cœlumq̄ vidissēt
nubium magnitudinē, ventorūq̄ vim cognouissēt, aspexissēt
q̄ solem/eiusq̄ tum magnitudinem/tum etiam efficien-
tiam cognouissēt/q̄ his diem efficeret toto cœlo luce diffu-
sa/cum autem terras nox opacasset, cum totum cœlum cer-
nerent astris distinctum & ornatum, lunæq̄ luminū varieta-
tem tum crescentis, tū senescentis, eorumq̄ omnium ortus et
occasus, atq̄ in omni æternitate ratos innumerabilesq̄ cur-
sus/quę cū viderēt, p̄fecto esse deū, & tāta opera dei esse ar-
bitrarent̄/atq̄ hæc ille: recte quidem, nam cum oculorum ap-
probatione rerum motum fateamur rectissimis possumus
motum rationibus indagare. Deum siquidē cū cōfirmemus

quodcunq; agitur alieno impulsu moueri idipsum quod
primū mouet, quoniam alterius nō agitat motu, neq; eū prin-
ceps motus esset/ si ab alio impelli videret. Fateri cogimur
ut consistere aut seipsum agitare dicat. Nā si alieno impul-
su moueretur, necesse esse dicimus, id quoq; a q̄ impellit ab
alio ante gradiente moueri/ & rursum aliud ab alio impelli/
ex quo effici, ut in infinitū sit progressura excursio. neq; ei
unq; orsum primū inueniri posse affirmamus, si id qd putat
primū aliud semp antecedere dicatur. Nā q̄ impellētibus &
pulsis in infinitū nullo modo indagatio decurret. Nā si in in-
finitū cursus manaret, necesse esset ut impellētia & pulsa in
numerabilia corpora putarentur. Quādoquidē quodcunq;
mouet sectile fit & corpus, omne autē corpus impellens pa-
riter dum mouet agitur, igit oīa infinita impulsu vno mo-
uerentur. At cū vnū eorū sit circūscriptiōe definitum, p̄clare
patet id circūscripto tempore moueri, ex quo sciri potest cæ-
tera etiam tpa definito impelli, quod fieri nullo mō potest.
Ergo fieri etiam nō potest ut i impellētibus & pulsis in infi-
nitū progressio dimanet, eodēq; mō rationes inducimus de
his quæ aut aduentitio, aut vi/ aut instrumento mouent, infi-
nitaq; argumentationū genera colligunt, quibus rectissime
probat aliena impulsione moueri quēcūq; mouent, Cum
aut succernendi sensum cadat sydera moueri fatendū esse li-
quet/ ea alieno impulsu moueri. Si vero molitor et autor mo-
tus non moueretur/ necessario probamus aliquē constituē-
dum esse agitatore immobilē. si mouet aliq̄ impellēte mo-
ueri/ aut in infinitum emanaturā indagationē putamus, aut
aliquem statorem, impulsorē, exquirendum. Sed quoniam
perabsurda est in infinitū inq̄sitio necessario affirmamus ali-
quem agitatore immobilē initiū & fontē esse motus. Quē-
deum esse homines coacti fateant, quē colere abiectis rellig-
ionibus prauis parentem suū deū cognoscāt/ cuius/ ut inq̄t
Cœlius nec virtus existimari potest/ nec magnitudo percipi
nec principiū compræhendi, cum ad illum humanæ mentis

intentio/ & acumen memoria pervenerit, quasi subductis & consumatis omnibus vijs subsistit, hæret/ deficit, nec est aliquid ulterius quo progredi possit, nec vero deus ipse intelligitur a vobis, ut inquit, Cicero/ alio modo intelligi non potest nisi mens soluta quadam/ & libera, & segregata ex omni connexione mortali, omnia sentiens/ & mouens. Histoicus quoque Seneca. Non intelligis, inquit, auctoritatem ac maiestatem iudicis tui, rectoris orbis terrarum/ coeli/ & deorum omnium deum, a quo ista numina quæ singula adoramus/ & colimus suspensa sunt? Solus igitur deus, qui factus non est/ & ideo destruere alia potest, ipse destrui non potest/ permanebit semper in eo quo fuit, quia non est aliunde generatus/ nec ortus/ nec natiuitas ex aliqua re altera pendet. quæ illum mutata dissoluat/ ex se ipso est/ ideo talis est qualē se esse voluit, Impassibilis/ Incommutabilis/ incorruptus/ beatus/ æternus. Ex quo Cicero/ Dominus/ inquit/ ea quæ ratione regitur, omnibus est instructior/ & apparatior rebus/ quàm ea quæ temere & nullo consilio administratur. Exercitus inquit/ is cui prepositus est sapiens & callidus imperator/ omnibus partibus commodius regitur/ quàm is qui stulticia & temeritate alicuius administratur. Eadem navis gubernetur ratio, nam navis optime cursum conficit, ea quæ scientifico gubernatore utitur, Nam & signorum ortus & obitus definitus/ quoniam ordinem servant/ & annuæ commutationes/ non modo quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt, verum ad utilitates quoque rerum omnium sunt accommodatæ & diurnæ nocturnæque vicissitudines, nulla in re unquam mutatae quicquam, novērunt quæ signa sunt. omnia non mediocri consilio naturam mundi administrari. Consilio igitur mundus administratur. Deique opificis opus ipse ex omni parte perfectum quia perfectus est ut esse debet, non potest esse nisi unus/ ut in eo sint omnia. Deorum igitur virtutes ac potestates infirmiores sint necesse est/ ut/ inquit/ Firmianus, quia in singulis deerit quantum in ceteris fuerit, ita quanto plures tanto minores erunt. Quid ergo/ inquit/ quæ summa illorum potestas/ ac divina vis ne semel quidem

diuidi potest, quicquid enim capit diuisione, et interitum capiat necesse est, si autem interitus procul est a deo / quia incorruptibilis est æternus / consequens est ut diuidi diuina potestas non possit. Deus ergo unus est si nihil aliud esse potest quod capiat tantumdem potestatem, ita fit ut ad regendum mundum unius perfecta virtute opus sit, quam imbecillitate multorum. Quod si ita esset / ut isti assertores deorum intelligunt, ita scilicet deos præesse singulis rebus ac partibus, ut unus tamen sit rector eximius / iam ergo ceteri non dii erunt, sed satellites atque ministri, quos ille vnus maximus ac potens omnium his officiis præfecerit / & ipsi cuius imperio ac nutibus seruiant / Si vniuersi pares non sint / non igitur dii omnes sunt, nec enim potest idem esse quod seruit & quod dominatur. Nam si deus nomen est summæ potestatis, incorruptibilis esse debet / perfectus, impassibilis, nulli rei subiectus, ergo dii non sunt quos parere uni maximo deo necessitas aliqua cogit. Ergo unus est deus sempiternus / perfectus, totius dominus ac imperator & opifex, qui enixe summusque a mortalibus colendus / adorandusque est, non cælum & hanc terram quibus mundus hic constat, nec animam animasque per viuientia quæcunque diffusas, sed deum ipsum immortalem qui condidit æthera, cælum / orbemque ipsum, & omnia quæ in eis sunt, qui fecit omnem animam uiuentem, sensus & rationis expertem, siue etiam sentiētem, siue intelligentem, nec exaudienda sunt philosophantium deliramenta, siquidem cum alij mundum ingenerabilem atque incorruptibilem extimassent: genus quodque hominum sempiternum esse asseruere alij congenerabilem atque corruptibilem putarint, homines quodque, ut Diodorus astruit, appositæ certis temporibus adfirmarunt vnā eī aīnīniū oīum cœli & terræ cūctis simul cōfūsis fuisse, sed posteaque solaris calor exestuauit cōstipatā fuisse deinde superficie calefacta pluribus in locis corruptionē humidī esse secutā, cū subito ad transactum frigus calor exarsit animalia concreta fuisse quæ noctu ac circumfusa caligine alebantur, & in die a calore solidiora reddebantur, ac postremo sufficiens iam incrementum consecuta, erupisse ab illa colluue varias has animarum formas inducēs. Tragicum Euripidem tales vero fe

runt primū omniū principium rerum aquā posuisse. Anaxi-
mander vero ipsum in infinitum rerum omniū generatiōis
atq; rcorruptiōis causā dixisse, ut Plutarch⁹ meminī. Anaxi-
menes inquiens, principium rerū aera opinat, quem genere
in infinitum qualitatibus finitū disseruit. Xenophanes Co-
lophonius nec generationē rerū. nec corruptionem ullā es-
se contendit, esse nanq; simile quicqd est. Parmenides Xeno-
phanis primo viam sententiam imitatus, oppositam deinde
secutus est, sempiternum em atq; imobile censet esse uniu-
ersum, quod est ens secundū veritatem rerum solū em esse sim-
plex & intrepidum atq; ingenitū, Democritus vero in infini-
tum dixit esse uniuersum, quoniam a nullo creatū inmutabi-
lem etiā esse. Epycurus nec aliquid ex non ente fieri asserit/
ac semper uniuersum sic se habuisse, qui nō bonorum volu-
ptatē statuit, Aristippus voluptatem bonorū, dolorem ma-
lorum finem constituit. Empedocles elementa disseruit. Me-
trodorus sempiternū esse vniuersum ait. Diogenes Apollo-
niata elementū, aera, ponit, mundo scq; infinitos asserit. Ana-
xagoras vō in rebus intellectum instituisse. Plato vero nati-
uum percensuit mundum, sed nulla temporum æternitate ta-
bescibilem. Sed Aristotelis sentētia extitit, qui nec genitum
mundum, nec interiturum esse cēset. Zeno/Chrisippus. Pā-
necius, Antipeter, Possidonius, & Cleantes natum mundū
& tabescibilem esse voluere, quorum ut reor opinio tanquā
a veritate delirans a Christi veri dei Opt. Max, religionē im-
probatur horū qui mundū æternum & æterno persistere au-
tument. Nā quodcūq; æternū esse potuit id omnino æternū
fuit & nihil præter parentem deū æternum esse potuisse. Per-
censendum est, igitur nihil pter deum æternum esse potuit.
Deinceps si æternus fuisse præberetur putandū esse etiam
æternū fuisse rerum ortū, iccirco fatendum quoq; esset unū
hominem ab alio inmensum etiam generatū, at qui cum ille
ipse Aristoteles parentem filij causam effectricem esse velit,
Perfacile iudiciū esset ieffectriciū causarū genere idagationē

posse quoad fieri ullo modo censet. Rursus quodcūq; est p-
actum ortu diuturnitatis exordiū nanciscitur / sed cum inter
Philosophos qui recte censuere deū causam effectricē esse
mundi, ex quo præclare colligitur originē rerū nouam esse,
nec minus etiam intelligi potest excellētū illustriūue omni-
um Philosophorū generi nihil omnino auctori, & parenti re-
rum deo æquari posse, at si mundus æternus percenseretur
deo optimo immortalī adæquaret, quod nihil delirius insti-
ciusq; afferri posset. Hinc diuus Aurelius eos deridens illu-
densq;, Et ut iam incipiā, inquit / illa vnius & veri dei opera p-
currere / propter quæ isti sibi dum quasi honeste conant sa-
cramenta turpissima: & scelestissima / deos multos falsosq;
fecerūt, vnum deum disserens colimus, qui naturis a se crea-
tis & subsistendi & mouendi initia finesq; constituit, q; rerū
causas habet / nouit atq; disponit, qui vim seminum cōdidit,
qui rationalem animam quod dicitur animus qbus voluit vi-
uentibus indidit, qui sermonis facultatē usumq; donauit, q;
munus futura dicendi quibus placuit spiritibus impartiuit:
& per quos placet ipse futura prædicat / & p quos placet ma-
las valitudoines pellit, qui bellorū quoq; ipsorū cum sit emē-
dandum / & castigandum genus humanū ex alijs progressi-
bus finibusq; moderatur, qui huius mundi ignem vehemen-
tissimū & violentissimū pro immensæ naturæ temperamen-
to creauit / & regit, qui vniuersarū aquarū creator & guber-
nator est, qui solem fecit, corporalium clarissimum luminū
eicq; vim congruam / & motum dedit, qui ipsis etiam inferis
dominationem suam / potestatemq; non subtrahit, qui semina
& alimenta mortaliū siue arida / siue liquida naturis com-
petentibus attributa substituit, qui terram fundat, atq; foecū-
dat, qui fructus eius animalibus hominibusq; largitur, qui
causas non solum principales, sed etiam subsequentes nouit
atq; ordinem, qui lunæ statuit motum suum, qui vias coele-
stes, atq; terrestres locorum mutationibusq; præbet, qui hu-
manis ingenijs / quæ creauit etiā sciētias artium variarū ad vitā

adiuuandam naturam concessit/qui coniunctionis maris et
foeminae adiutorium propagandae prolis instituit. qui homi-
nū coetibus, quē focis et luminibus adhiberent ad facillimos
usus munus terreni ignis induxit. Ex hoc Cicero, Licet em/
inquit/ subtilitate disputandi oculis quodāmodo contēpla-
ri pulchritudinem rerum/ eas quas diuina prouidentia dici-
mus constitutas. Ac principio terra vniuersa cernatur loca-
ta in medio sede mundi solida et globosa, & undiq; ipsa in se
se nutibus suis conglobata vestita floribus, herbis/ arborib;
frugibus, quorum omnium incredibilis multitudo insatia-
bili varietate distinguitur. Adde huc fontium gelidas peren-
nitates, liquores plucidos, omnium riparum vestitus viridif-
simos/ speluncarum cauas altitudines/ saxorum asperitates,
impendentiū montium altitudines, imensitatesq; camporū.
Adde etiam reconditas auri argentiq; venas, infinitaq; vim
marmoris. Quae vero & quā varia genera bestiarum/ vel ci-
curum, vel ferarum, qui volucrum lapsus atq; cantus, qui pe-
cudum pastus, quae vita syluestriū. Quid iam de hominū ge-
nere dicam? qui quasi cultores terrae constituti non patiunt
eam nec immanitate belluarū efferari/ nec stirpium asperita-
te vastari, quorūq; operibus agri, insulae, littoraq; collucent
distincta tectis/ & urbibus, quae si ut animis sic oculis videre
possemus nemo cunctam intuens terram de diuina ratione
dubitaret. At vero quāta maris est pulchritudo, quae species
vniuersi/ quae multitudo & varietas insularum/ quae amoēni-
tas orarum & littorum/ quot genera quāq; disparia partiū
submersarum, partim fluitantiū/ & innantium belluarū/ par-
tim ad saxa natiuis inhærentiū. Ipsum autē mare sic terrā ap-
petentes littoribus eludit, ut una ex duabus naturis conflata
videatur, & exinde mari finitimus aer die & nocte distingui-
tur. Is cū fusus & extenuatus sublimē fertur, tum aut cōcre-
tus in nubes cogitur/ humoremq; colligēs terram auget im-
bribus, tum effluens huc & illuc ventos efficit. Idem annuas
frigorū & calorum facit varietates/ idemq; & volatum alitū

sustinet, & spiritus ductus alit & sustentat animantes. Restat
ultimū et a domicilijs nostris, altissim⁹ oīa cingēs, & coercēs
cœli cōplexus, qui quidem æther vocat̃, extrema hora & de
terminatio mūdi/ in quo cum admirabilitate maxima igneæ
formæ cursus determinatos definiūt, ex quibus sol cuius ma
gnitudine multis partibus terra superat̃, circū eā ipsā voluit̃
isq; oriens & occidēs diē noctemq; conficit, & mō accedens
tum aut̃ recedens, binas in singulis annis reuersiōes ab extre
mo contrarias facit, quarū interuallo tum quasi tristitia qua
dam cōtrahit terram, tū vicissim lætificat/ ut cū cœlo hilara
ta videatur. Luna aut̃ quæ est ut ostendūt Mathematici ma
ior quā dimidia pars terræ isdem spacijs vagat̃ qbus Sol. sed
tum congregiēs cū sole/ tū digrediens, & eam lucē quā a sole
accipit mittit in terras, & varias ipsa lucis mutatiōes, atq; etiā
tū subiecta atq; opposita soli radios eius & lumē obscurat.
tum ipsa incidens in umbram terræ, cum est ex regione solis
interposito interiectu terræ repente deficit. Isdēq; spacijs he
stellæ quas vagas dicimus circū terrā ferunt̃, eodēq; mō ori
untur & occidunt, quorum motus tum incitantur, tum retar
dantur, sæpe etiā insistent, quo spectaculo nihil potest admi
rabilius esse, nihil pulchrius. Sequitur stellarum inherentiū
maxima multitudo, quarum ita descripta distinctio est. ut ex
nota figurarum similitudine nomina inuenerint. Sic Cicero
Exorandum equidē censui cum viro illo omniū disciplinaz
rum peritissimo Trimegisto Mercurio ita disserente, Lau
des gratesq; maximas agente deo, cuiusq; imaginem venerā
te non ignarus, etiam si secundum esse imaginem dei, vnde
efficitur quoniam est ipsius una compago/ parte qua ex ani
ma, & sensu, & spiritu atq; ratiōe diuinus est, velut ex elemē
tis superioribus ascendere posse videat̃ in cœlum, parte ṽo
mundana quæ constat ex igne, & aqua, & aere mortalis resi
stat in terrā. Sic em̃ humanitas ex parte diuina immortalis. ex
alia pte effecta mortalis est in corpore consistens. Hoc autē
sacrilegis simile est cum deū roges, cæteraq; thus incendere.

Nihil deest ei, qui ipse est oīa, aut in eo sunt omnia. Sed nos
agentes gratias adoremus. Hæ sunt em̄ summæ incensiones
dei cū agunt̄ gratiæ a mortalibus. Gratias igit̄ tibi summe p̄
sanctissime deus agimus, tua em̄ gratia tantū cognitiōis tuę
lumē consecuti nomē sanctū & honorandū, nomē unū quo
solus deus est benedicendū religiōe paterna. Quoniam om
nibus paternam pietatem, & religionem, & amorem & quæ
cūq; est dulcior efficacia præbere dignaris, condonās sensu,
ratione, intelligētia. Sensu ut te cognouerimus; ratione ut te
suspitionibus indagemus, cognitione ut te cognoscētes gau
deamus, q̄ te ostenderis nobis totū, gaudeamus q̄ nos in cor
poribus sitos æternitati fueris consecrare dignatus, Hæc est
em̄ humana sola gratulatio cognitio maiestatis tuæ, cognō
uimus te lumen maximum, solo intellectu sensibili intelligi
mus te. O vitæ vera vita/o naturarum omnium fœcūda præ
gnatio, Cognouimus te totius naturæ tuo cōceptu plenissi
me cognouimus te, æterna p̄seueratio, in omni em̄ ista ratio
ne adorantes bonum bonitatis tuæ, Hoc tantum de præca
mur/ut nos velis seruare perseuerantes in amore cognitiōis
tuę/nunq̄ ab hoc vitæ genere separari, & cū reor quasi cœ
lesti munere fatus. Quippe cū mortalis vitæ cōditionem pri
mus, & ultimus dies cōtinet, quia plurimum interest quibus
auspicijs inchoetur, & quo fine claudat̄, Ideo q̄ eum deū fœ
licem existimans, cui & accipere lucem prospere & reddere
placide contigit, medijs temporis cursus/prout fors ipsa hu
mana gubernaculum rexit, modo aspero, nūc tranquillo mo
tu peragitur, spe semper minore, dum & cupide votis exten
di & efferre sine ratione consumitur. Nam & si arbitrari ve
limus, etiam paruum amplissimum officiemus numerum an
norum; multitudine operum superando, alioquin quid at
tinet inertī mora gaudere/si magis exigimus vitam quam ap
probare, Quippe cum neminem iam esse arbitrandū sit/quē
latere possit, quin hominem immortalis ille deus peregerit,
Vnde etiam delinquente homine mundus arguitur/ac no

stra intemperantia, opprimenda. Terra hæc iniqua degimus
defectu cæterorum animalium ex sterilitate suorum fructuum
castigatur. Itaque ut inquit. Orosius/Si creatura dei merito, &
dei dispensatio sumus, quis enim magis diligit/quam ille qui
fecit/& dirigit? quis vero sapientius & fortius ordinare et re
gere facta potest? quam qui efficienda prouidit/prouisa perfe
cit. Quas ob res omnem potestatem ordinationemque a deo ef
se percensendum est/que si potestates a deo sunt, quanto magis
regna/a quibus reliquæ potestates progrediuntur. Si autem
regna diuersa, quanto equius regnum aliquod maximū, cui reliquorum
regnorum maiestas uniuersa subiicitur. Quale a principio Af
fyrriorum, Moedorum, Persarumque/Numidicum/Macedoniz
cum/proinde Romanorum. Hæc equidem vnus est deus qui
ea omnia peregit. agitque. Sed sicut eadem summa maiestas dei,
ubique tota nullis inclusa locis, nullisue ergastulis obstrusa, in
nullas partes sectilis, ex nulla parte mutabilis: implens coelum
& terram, præsentem potentia/non absente natura, sic itaque ad
ministrat, omniaque creauit, ut etiam ipsa proprios exercere/
& agere motus sinat, quamuis enim nihil esse possit sine ipsa non
tamen sunt ulla quod ipsa agit autem multa etiam per angelos.
sed non nisi ex ipsa eos beatificat ita quamuis aliqua ratione mor
talibus angelos dirigat, non tamen ex angelis homines, sed ex
ipsa sicut angelos beatificat, unde ex ipso vero & immortali
deo uitam speramus æternam, a quo cum veritatis tenebris
quasi violentia obruti, emerimus per euangelicam prædica
tionem/a Christi dei Opt. Max. faustissimo aduentu, qui non
in angulo vno orbis terrarum, nec apud gentem unam, sed
ubique quasi animarum sol proprios lucis radios immittens/
a caligine tenebris errorum ad fulgentissimam veritatis lucem
omnes mortales conuocauit/a quo/ut Aurelius astipulatur
sumus/quo viuimus/& quo sumus/quo coelum terramque con
spicimus, que habemus mentem atque rationem/qua eum ipsum
qui hæc omnia condidit inquiramus, nequaquam valeamus actio
ni sufficere gratiarum, disereus tamen que nos oneratos, obru

tosq; peccatis, & a contemplatione suæ lucis auersos, ac tenebrarum/id est iniquitatis dilectione occæcatos, nisi quæ nobis verbum suum, qui est eius vnicus filius, quo pro nobis i assumpta carne nato/atq; passo/ quanti deus hominem penderet nosceremus/atq; illa sacrificio singulari a peccatis omnibus mundaremur, eiusq; spiritu in mentibus nostris omnibus ambagibus superatis in eternam requiem, & contemplationis eius ineffabilem dulcedinem veniremus. Quæ igitur corda: quot linguæ: ad peragendas dignas gratias satis esse contenderint. Quæ & si mirandam habent pulchritudinem, adorandam tamen non habent deitatem. Illa ergo virtus, illa sapientia, illa est colenda maiestas, quæ uniuersitatē mundi ex nihilo produxit, & in quas voluit formas, atq; mensuras terrenā, cœlestemq; omnipotenti ratione redegit. Sol/& Luna/& sydera sint cōmoda utentibus, sint speciosa cernentibus: sed ita/ut de illis grates & gloria auctori referātur, immortalis deus veneretur/ adoreturq;, qui condidit non peracta/quæ inserviunt/parant/obtemperantq;.

Finis Secundi Apologetici.

Omnia orthodoxæ fidei subitio.

Francisci Aquilæ/Beneuentani ode dicolos tetraastrophos
ad Mercurium Viperam Bene
uentanum.

Mercuri foelix, nimiumq; foelix,
Indidit nomen tibi rem sequutum
Entheus vates retinens sacratæ
Semina mentis.

Nuntius diuum tegeæus Hermes,
Qui reformauit placidis ferinos
Legibus cultus hominum, parentem
Te sibi iunxit.

Ille vocalis cytharæ & repertor
Ciuiçi iuris tribuit tibiç
Condecora insignia, sic suumç
Numen haberi.

Et quis hortari phrygiæ Cybelles
Blandulas neptes ad amena, parcer,
Carmina, hæc metri pedibus soluta
Sileget orsa?

Te canant docti Vranien colentes,
Qui chaos mundi impliciti diremptum
In nouas formas breuibus lituris
Conmemorasti.

Qui vagos cœli ut peragant meatus
Astra narraſti, ut rutilis quadrigis
Helios surgat, ſoror utç hyberis
Mergat in undis.

Si parens natura, opifexç rerum
Arbiter mundi impoſito gubernat
Fine res noſtras, hominum vel actus
Reſpuat, edis.

Quod bonum ſummum fragili, & caduco

Extat humano generi recenses.
Quæue magni relligio tonantis
Vera colenda est.

Vere honesti, iusticiæq; cultor
Pensa dum ternæ niuea sorores
Netitant lana, neq; vis, nec ipsa
Forstibi lædet.

Ipsè quum fatis merito resolues
Mutuam vitam stygiam paludem
Viferis nunquã, ad superos recessum
Gloria pandet.

Error.

Octaua pagina uersu. v. Hinc Hermes Trimegistus in eos, i
quiẽs, statuas o Aesclepi vides ne quatenus ipse diffidas, sta-
tuas animatas sensu & spiritu,
Xo Aesclepi.

Ex ædibus Ioannis Knoblauchij argẽtorati quar-
to Kalendas Maias Anno
M. D. XX.



Glottis pridet
Vitis nupur ad superos rectum
Forsubilader
Nortianlana neq vaspola
Pato dum tenet niter totos
Vre bonelli infictu q cultor
Vre colenda est
Quare magnitudo tonantia
Erat humanis generis rectas

1716

Enon

Xo Aeldet
tus nupuram tenui Xpian
quis hanc o Aeldet vides ne quatenus ipse diffidat. Ita
Ostus pagina vultu v. Hinc Hinc Tunc gignit in eos i

M. D. XX.
to Kalandas Mias Anno
Ex dibus totius Knochuchij argenti quor



227157I

MF

INKUNABUL

Śląska Biblioteka Publiczna

227155

I

227159

P.

Min. Ośw. 507a — PZWS C850 X. 49

[illegible]

卷之三